

opus intellectus, vel per opus intellectus: ergo non est simile de animali, & ente.

Ad primū. Ad argumenta ad primum, quod in auctoribus Doctoris fundatur, dico: quod Doctor non loquitur ibi determinate, & ex mente propria; sed ex aliorum mente: at enim posset ponere. Aliam solutionem vide apud Bargium in primo dist. 29. §. ad istam questionem dicentem. Doctorem ibi comparare ens ut sic, ad ens reale, & rationis, & fictitium, ex una parte; & ex alia, ens, ad ens reale, & rationis præcise: in primo sensu ens est equiuocum in secundo est vniuocum, &c.

Ad secundum. Ad secundum nego antecedens cum Francisco de Malironis in Prolog. quest. 2. & o. & Ioanne Canonico, ac Trombeta: quia intellectus tantum est certus de voce, & non de aliquo conceptu, cum talis non sit abstrahibilis, ut diximus.

Ad tertium. Ad tertium respondeo cum Doct. in praesenti, solutione ad 13. & primo Physicorum quest. 7. ad primum, & quarto Metaph. quest. 1. quod licet primum Principium de ente rationis dicatur: nam de illa verum est dicere: quodlibet est, vel non est: sicut de ente reali dicuntur: non tamen sequitur, quod ens sit ente reali, & rationis vniuocum; quia Principia cognoscimus, cognitis terminis: & ita certitudini Principij non repugnat multiplicitas terminorum: unde licet ens sit multiplex, & equiuocum, enti reali, & rationis, primum Principium certe, & vere potest in utroque versificari.

A R T I C. II.

An ens realis sit vniuocum Deo, & creaturis, Substantia, & Accidentia?

I. N precedente Articulo egimus de equiuocatione, vel equiuocatione, entis transcendentis sumptu: nunc in praesenti agimus de vniuocatione entis transcendenter accepti; Analogia, vel equiuocatione: & quia ens transcendenter assumptum tantum competit enti reali, ut opponitur enti rationis, & est commune Deo, & creaturis; Substantia, & Accidentia; ideo sub titulo prefato de huius entis vniuocatione; Equiuocatione, seu Analogia invenimus. In qua re est prima sententia aliorum, de quoru numero refertur noster Cardinalis Aureolus; assertentium ens esse equiuocum omnibus predicationis: & probatur.

1. Argum. Primum, & equiuocatio est communitas vocis cum diversitate intentionis simpliciter significata in equiuocatione: quia equiuoca sunt, quorum solum nomen est commune, & ratio Substantia est diversa: ergo cum intentio vocis communis Deo, & creaturis, Substantia, & Accidentia, sit diversa rationis simpliciter in eis, sequitur: quod vox dicta de eis sit simpliciter equiuocata.

2. Argum. Secundum, Porphyrius dicit: si quis omnia enia vocet, equiuocum nuncupabit ea: & non vniuocum: ergo

3. Argum. Tertius, Commentator lib. de substantia or-

bis capite secundo dicit: quæ dicuntur de superioribus, & inferioribus, dicuntur æquiuocæ: huiusmodi est ens in proposito: ergo æquiuocæ dicuntur.

Quarto, ubi nulla est vnitas, aut conuenientia: est pura equiuocatio: sed inter Deum, & creaturas, in nulla ratione aliqua vnitatis, aut conuenientia, reperitur: ergo est pura equiuocatio. Minor probatur: nam sapientia creata nullatenus conuenit cum sapientia diuina: ergo idem dicendum est de alijs predicatis: quia eadem est ratio.

Secunda sententia afferit ens neque æquiuocæ, neque vniuocæ, sed medio modo, videlicet, Analogie de predicationis praedicari: ita communiter Thomistæ cum suo Magistro quarto Metaph. cap. 1. ibi Fonleca, & Araujo, ac Suarez disput. 28. & primo contra gent. capit. 32. & 34. ibidem Ferrara: & prima parte quest. 13. Artic. 5. vbi Banneius, & Cajetan. quidem tenet opusc. denominum Analogia cap. 4. & 5. Soto in Logica lib. 3. cap. 4. quest. 1. art. 2. & alijs, quos superfluum est recensere: probatur primo, auctoritate Aristot. qui 11. Metaph. cap. 3. inquit: neque æquiuocæ dicitur ens de substantia, & accidente, neque vniuocæ; sed medio modo: videlicet, Analogie, & quarto Metaph. text. 2. dicit: quod ens significat accidentia per attributionem ad substantiam: sicut sanum dicitur de sanis: ergo Analogia certitudini Principij non repugnat multiplicitas terminorum: unde licet ens sit multiplex, & equiuocum, enti reali, & rationis, primum Principium certe, & vere potest in utroque versificari.

Secundo probatur ratione Divi Thomæ: effectus non adquans virtutem sua causa non conuenit in aliquo vniuocè cum sua causa. Exemplum: ignis genitus a sole non dicitur vniuocè calidus cum sole. Sed creatura est effectus Dei non adquans virtutem illius: ergo nihil dicitur vniuocè de Deo, & creaturis.

Tertiò, ex eodem lib. 1. contra gent. quæ non habent similem modum effendi, non vniuocantur: exemplum de domo extra, & de domo in mente: sed Deus, & creatura, non habent similem modum effendi: ergo non vniuocantur in ente.

Quarto, quod praedicatur vniuocè de aliquo est simplicius eo, de quo praedicatur: sed nihil est simplicius Deo: ergo nihil dicitur vniuocè de Deo, & creatura.

Quinto, quando aliqua vniuocantur; si vnu est infinitum, & reliquum: & si vnum est creaturæ, & reliquum: & si vnum est defectuum, & reliquum: ergo si Deus, & creatura, vniuocantur: sequitur, quod sicut creatura est finita, creaturæ, & defectus: ita & Deus erit creatus, finitus, & defectus: & probatur.

Sexto, arguit Cajetan. de ente, & essentia cap. 1. nullum vniuocatum in ratione sui vniuocati habet aliquid plus, quam reliquum vniuocatum: substantia, & Accidentia, sunt vniuocata in ente: ergo Accidens non habet aliquid plus in ratione eius, quam substantia. Discutit bonus: conclusio falsa: ergo altera præmissarum, non Major, qui habetur ex Anteprædicamentis: ergo Minor: sed Minor est conclusio Scoti: ergo falsum est, quod ens sit vniuocum substantia, & Accidentia. Falsitas conclusionis habetur septimo Metaphys. text. secundo & tertio, vbi dicitur quod

2. Sentent.

4. Argum.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

7. Arg.

8. Arg.

9. Argum.

10. Sentent.

11. Not.

4. Argum.

5. Argum.

9. 1.

quod in ratione accidentis, in quantum ens, ponitur substantia.

Septimo arguit Araujo: quando aliqua extrema vniuocantur, intellectu uno perfecte, secundum illam rationem, qua vniuocantur; necesse est intelligi alterum, etiam perfecte: sed intellectu omni entitate creata, adhuc ad perfectam Dei cognitionem non valeamus peruenire: ergo.

Ostendit, Deus est causa totius entitatis creaturæ: ita vt creatura etiam in ratione ens dependeat à Deo: sed vnum vniuocatum nequit ab altero in ratione vniuocæ dependere: ergo ratio entis communis Deo, & creaturis, nequit esse vniuocæ: minor patet: nam vnum vniuocatum nequit esse causa alterius secundum rationem communem vniuocatum: alias causaret illam rationem in seipso: & consequenter effet causa sui ipsius: quod inveniuit manifestam repugnantiam; ergo, &c. hæc Araujo.

Nono obicit Doct. contra seipsum in favore huius sententia tripliciter: sed quia de duabus argumentis agemus Articulis sequentibus: ideo vni cum tantum hic adducemus; quod sic se habet: Deus, & creatura, sunt primo diversa in re: id est in hulla realitate illis communis conuenient: ergo non potest esse alius conceptus communis, realis, & vniuocus: patet consequentia: nam videtur implicatio: quod aliqua sunt primo diversa in re, & conuenient in aliquo conceptu communis vniuocæ: nam conceptus realis sumitur à re: ergo si talis res non est communis, nec etiam conceptus. His, & alijs, argumentis fulcit hæc opinio, quæ apud Bonaventuram 4. Metaph. quest. 4. & apud nostrum Petrum de Aquila in primo distinc. 3. quest. 1. & alijs quam plurimis, videri possunt.

Tertia sententia est Doctoris locis supra in summa textus citatis, quem sequitur eius disti puli: & Nominales ibidem, & Author formalitatum in suo tractatu: pro quid notandum primo conceptum, prout ad presentis attinet; dupliciter sumi: vel pro conceptu formalis, qui attenditur ex parte intellectus: & est ipsam cognitione, qua intellectus aliquid cognoscit: & talis est triplices, seu tripliciter contingit: primo, scilicet, per se: & per se: & primo: quando res intellecta est in aliud: & sequitur. Per se: quando intelligitur aliud, quod essentialiter includitur in eo, quod primo concipiatur: vi animal per se concipiatur, quando homo primo concipiatur. Perfecte: quando nihil intrinsecum obiecto latet intellectum. Vel sumitur conceptus pro conceptu obiectu, qui attenditur ex parte obiecti: & est ipsum obiectum conceptum terminans cognitionem intellectus: & talis est duplex, vniuocus, & æquiuocus: nam obiectum analogum sub vniuocato, vel æquiuocato continetur: vt infra quest. 8. dicimus: conceptus vniuocatus est, qui habet unitatem nominis, & rationis: & qui ita est vnu: (vt ait Doctor in primo distinc. 2. q. 2. lit. B.) quod eius unitas sufficit ad contradictionem: affirmando, & negando, ipsum de eodem: & sufficit etiam pro medio syllogistico: vt extrema unitate in medio sic vnu, sine fallacia æquiuocationis, concludantur inter se vnu. Conceptus æquiuocatus est, qui habet unitatem

nominis, & non rationis: nec apud quem potest esse contradictione: nec ipse potest esse medium syllogisticum.

Secundo notandum: quod conceptus obiectus dicitur vniuocatus tribus modis: Physice: Metaphysice: & Logice: primo modo dicit vniuocitatem nominis, cui correspondet unitas rei, quæ non est diuilibilis in plura alterius, & alterius rationis: cuiusmodi est natura specifica, in qua non latent æquiuocations, quæ latent in genere: vt ait Aristot. 7. Metaph. secundo modo est aliqua unitas realis alicuius intentionis abstractibilis à pluribus, quæ ipsam participant: & hæc alia essentialis in quid: vt est unitas omnium praedicatorum, qua in recta linea ponuntur usque ad ens: alia essentialis in quale quid: vt conceptus ab ultimis differentiis abstractibilis: alia est accidentalis propriæ: vt unitas conceptus à nouem generibus accidentium abstractibilis: alia accidentalis large: vt unitas conceptum ab Hæcceitatibus, proprijs passionibus entis: Modis intrinsecis, & ab alijs huiusmodi abstractorum: & omnes istæ unitates Metaphysice, præter primam, dicuntur unitates proportionis: reales tamen vere, & proprie. Tertio modo est unitas alicuius secundæ intentionis alicui realitatæ Metaphysice: seu alteri secundæ intentioni, per modum primæ sumptæ, applicatæ: & hæc est duplex: altera transcendentis: altera limitata & praedamentalis: vt sunt quinque prædicabiliæ: de quibus statim.

Tertio notandum: quod conceptus Metaphysicus vniuocatus in quid habet quatuor gradus (vt communiter Scotisti docent) Primum est: quando talis realitas abstractibilis habet eandem rationem formalem suam: eundem modum essentialis: eundem ordinem essentialiæ: id est, ne sit in vno inferiori prius, quam in altero: ac rādem habet eundem gradum perfectionis: hoc est, non est in vno inferiori perfectius, quam in altero: & hic tantum gradus vniuocationis Metaphysicae reperitur in specie infima respectu individualium: & hic gradus dicitur vniuocatus Physicus: nam in hominē solū hæc quatuor reperiuntur: animal enim non habet quartum: perfectius namque est in una specie, quam in altera: & ideo dicitur quod in genere latent æquiuocationes. Ut æquiuocatio sumitur Physicus contra vniuocationem Physicam, quæ in sola specie infima reperitur;

Secundus gradus habet tres priores conditiones, & deficit in sola quarta: non ex se: sed ex aliquo sibi adiuncto: huiusmodi sunt omnia genera: nam animal perfectius est in homine, ratione differentia: quam in bruto.

Tertius gradus habet tantum duas priores conditiones: & hoc modo numerus dicitur vniuocatus: habet enim in suis inferioribus unitatem rationis communis, & modi essentialis: sed caret unitate ordinis essentialis, & perfectionis: nam per prius est in binario, quam in ternario: & per trius est in ternario: quam in binario.

Quartus, & ultimus vniuocationis gradus

tantum habet unitatem rationis communis in suis inferioribus; & ceteris tribus conditionibus caret: hoc modo ens est vniuocum Deo, & creaturis: quia solum habet in illis unitatem rationis

2. Not.

3. Not.

9. 2.

nis formalis; & tamen tamē caret pater; quia in Deo est independenter; estque in ipso per prius; ac perfectius; quam in creaturis; cum hoc tamē dicitur vniuocum: bene verum est tamen: quod vniuocatio quanto magis recedit à primo gradu tanto accedit ad Analogiam: & ideo hic ultimus gradus vniuocationis est magis analogicus; quam aliud: cum hoc tamen est vniuocum: nam Analogia optime secum vniuocationi patitur.

4. Not.

Quarto notandum: conceptum entis communem, & vniuocum, Deo, & creaturis, posse duplū reale dicī: Primo quod à parte rei sit quædam realitas subiectiva in Deo, & in creaturis, vere, perfecte, & adæquata existens realiter in aliquo priori natura, quam ad esse Dei, & creatura per finitum, & infinitum, contrahatur: secundo quod sit realitas obiectiva, imperfecta, & inadæqua, apta tamen mouere intellectum per speciem intelligibilem ipsam representantem, & apta terminare notitiam sui abstractiūam. Primo modo, conceptus obiectivus entis, quem ponimus vniuocum Deo, & creaturis, non dicitur realis: bene tamen secundo modo: nam gradus entis in creatura, vel per se, vt communis est, vel mediante suo singulari, scilicet, hoc ente, causat, mediante Phantasmat, & intellectu agente, specie sui intelligibilem representantem gradum entis, vt sic, & indifferenter ad Deum, & creaturam, tanquam realitatem inadæquaram, & imperfectam: gradus enim entis in Deo, prout sine infinite concipiatur, entitas quædam est inadæqua, & imperfecta, representabilis intellectui imperfecte, abstractive, & confuse, concipienti per speciem intelligibilem à gradu entis creati causata, in qua specie realitas inadæquata vtriusque entis finiti, & infiniti, tanquam in suo repræsentatiuo vniupcatur.

1. Corol.

Ex quibus infero primo, quod quando Doctor in primo, distinct. 8. q. 2. ad quoddam argumentum Henrici ait: Deum, & creaturam, non conuenire in aliqua realitate, sed in conceptu entis; debet intelligi, vt ibi notauit Tataretus; de realitate subiectiva; non vero de obiectiva: & quando in solutione ad primum principale vide tur negare conceptui entis non correspondere aliquam realitatem, loquitur de conceptu adæquato, & de realitate adæquata; non vero loquitur de conceptu inadæquato, & imperfecto, & de realitate imperfecta, & inadæqua: vt notauit Stephanus Bulififer ibidem.

2. Corol.

Infero secundo, non dissentire nostros inter se; cum aliud dicunt conceptum entis, de quo loqui mur, esse communem communitate reali; alii autem tantum communitate rationis per intellectum abstractentem: nam primum, de quorum numero sunt Canonicus primo Physic. quest. 3. & Antonius Trombeta in suis Formalitatibus, loquitur de conceptu reali inadæquato, & realitate obiectiva: Secundi vero, vt sunt, Bargius in primo dist. 8. quest. 2. & aliud formalizantes, negant ipsum esse realem realitatem subiectiva; & ideo appellant ipsum rationis largi: & benedicunt: formaliter verbaliter differunt.

3. Corol.

Infero tertio, vniuocationem entis solum

dari apud intellectum abstractum, & imperfecte intelligentem, qualis est viatoris: vnde Deus, & comprehensor, qui intuitus videt, ens cum suis modis, non possunt habere conceptum imperfectum, & inadæquatum, entis: quia illa entitas non est nata mouere intellectum intuitiuū, nec eius actum terminare sine suo modo; & ita necessario mouet, & terminat, vt entitas adæquata, ac realitas perfecta: vt docet Doctor vbi supra.

Vlt. not.

Vltimo notandum: conceptum entis communem, & vniuocum, Deo, & creaturis, posse duplū reale dicī: Primo quod à parte rei sit quædam realitas subiectiva in Deo, & in creaturis, vere, perfecte, & adæquata existens realiter in aliquo priori natura, quam ad esse Dei, & creatura per finitum, & infinitum, contrahatur: secundo quod sit realitas obiectiva, imperfecta, & inadæqua, apta tamen mouere intellectum per

1. Cōclus.

speciem intelligibilem ipsam representantem, & apta terminare notitiam sui abstractiūam. Primo modo, conceptus obiectivus entis, quem ponimus vniuocum Deo, & creaturis, non dicitur realis: bene tamen secundo modo: nam gradus entis in creatura, vel per se, vt communis est, vel mediante suo singulari, scilicet, hoc ente, causat, mediante Phantasmat, & intellectu agente, specie sui intelligibilem representantem gradum entis, vt sic, & indifferenter ad Deum, & creaturam, tanquam realitatem inadæquaram, & imperfectam: gradus enim entis in Deo, prout sine infinite concipiatur, entitas quædam est inadæqua, & imperfecta, representabilis intellectui imperfecte, abstractive, & confuse, concipienti per speciem intelligibilem à gradu entis creati causata, in qua specie realitas inadæquata vtriusque entis finiti, & infiniti, tanquam in suo repræsentatiuo vniupcatur.

Notas.

2. Cōclus.

vnum prius reduci: & non ad vnum Analogum: nam Analogum presupponit analogata est: ens autem ante omnia est: ergo tale vnum est ens. Et Auicena in sua Logica testatur, ens neque subitam dicere, neque Accidens: ergo dicit aliquid supra substantiam, & Accidens. Sed quidquid sit de authoritatibus probatur ratione.

Secundo, omnis intellectus certus de uno conceptu, & dubius de diuersis, vel duobus, habet conceptum, de quo est certus aliud, & neutrum, à conceptibus, de quibus est dubius: quia de nullo eodem conceptu potest simul aliquis esse certus, & dubius: alias de eodem conceptu est certus, & non certus: quod implicat: sed intellectus viatoris potest esse certus de Deo, quod sit ens, dubitando, vtrum sit ens finitum, vel infinitum: ergo conceptus entis de Deo est aliud à conceptu entis finiti, & non finiti: sed talis conceptus entis includitur in illis essentialiter: ergo est illis vniuocum: hæc enim duo sunt de ratione conceptus vniuocis: quod sit aliud ab vniuocatis, & in illis quidditatibus includatur. Miror probatur: quilibet enim Philosophus fuit certus illud, quod posuit primum principium, esse ens: nam ille, qui posuit ignem primum principium, certus fuit: quod ignis erat ens: & dubitabat, vtrum esset finitum, vel infinitum: primum, vel non primum: non enim fuit certus, quod esset primum: quia fuisse certus de falso, quod non est scibile: nec fuit certus, quod non esset, non primum: quia non posuit etiam oppositum: ergo intellectus potest habere conceptum entis aliud à finito, vel infinito conceptu.

Huic rationi, quæ est Auicena, & ponitur ab Algazele primo Metaph. tract. 1. cap. 2. Varijs respondent aduersarij est enim Achilles Scotistarum. Alij enim maiorem admittentes dicunt ad minorem: quod talis intellectus est certus de aliquo uno conceptu disiuncto: & dubius de aliqua parte disiuncti: id est dubitatur; an conceptus disiunctus claudatur in partibus conceptus disiuncti: ac per consequens dubitatur; an sit vniuocus.

Sed contra: hæc solutio ratione Doctoris confirmat: faretur enim ens dicere conceptum vnum à suis inferioribus abstractum: & cū equi uoco non corresponeat conceptus aliquis, necessario erit vniuocus: cum non datur medium: ut ex dicendis suppono.

Alij cum Henrico in Summa art. 22. quest. 1. 2. & 3. respondent, conceptum entis dictum de Deo, & creaturis, non esse vnum conceptum, sed duplū: qui propter maximam propinquitatem, & similitudinem, vnicus videtur.

Sed contra: quia tunc destrueretur via inveniendi conceptum vniuocum: dicere enim ego, conceptum animalis dictum de homine, & Leone, non esse vnum, sed duos propter similitudinem. Vide Doct. Præterea: quia impossibile est intellectum duos conceptus apprehendere vt vnum: paret: quia quando intellectus apprehendit aliquem conceptum obiectivum proprium, apprehendit illum sub ratione propria: sed ratio illius propriæ est alteri incompositibilis: ergo quādo intellectus apprehendit illum, est, vt condi-

stinctum, & alteri incompositibilem: ac per consequens si conceptus entis, qui dicitur de Deo, & alter, qui dicitur de creatura, sint diuersi, non quād, vt vnum ab intellectu poterunt apprehendendi.

Alij, de quorum numero est noster Aureolus, negant, intellectum habentem dubitationem de illis conceptibus habere conceptum aliud ab illis: & adducunt instantias. Prima: sint tres homines in quoddam loco obscuro, qui nomine, Petri, vocantur; & vnum illorum me in eodem loco existētem percipiunt: tunc certus sum, quod Petrus me pe. cū sit dubius tamen, vtrum hic, vel ille: ergo Petrus importat vnum conceptum communem illis non valet. Similiter ponatur pisces marinus in sacco uno, & animal latrabile simul in eodem sacco: tunc mouetur aliquod eorum: certus sum, quod canis mouetur: & hebeo de hoc conceptū certum; & tamen dubito, an sit animal latrabile: an pisces marinus: ergo canis importat conceptū communem vtrique: non sequitur. Tandem Scotus & D. Thomas controvenerunt; an natura, quæ est communis, sit aliquid à parte rei distinctum: an tantum ratione. Vterque ergo in isto cassu habet conceptum de natura communis: dubitat tamen de illa communitate; an sit realis, vel rationis: ergo ille conceptus est communis enti reali, & rationis commune.

Cæterum: hæc solutio ratione Doctoris non contradicit: nec allata exempla sunt ad rem. Doctor enim ait: quod intellectus certus de uno conceptu aliquis rei, & dubius de conceptibus partialibus talis rei, habet conceptum, de quo est certus, aliud à conceptibus illis, de quibus est dubius: quæ propositio est vera, & in allatis exemplis non continetur: non in duobus primis: nam conceptus, de quo est certus, non includitur in conceptibus, de quibus est dubius: est enim ille conceptus, de quo est certus, in utroque extremitate conceptus effectus: & conceptus alijs sunt conceptus causa: vnde, vt ad rem facerent, deberent esse conceptus, vel causa, vel effectus. Tertium etiam nihil valet: nam non datur conceptus communis enti reali, & rationis, de quo sint certi; licet dentur conceptus, de quibus dubitant.

Tandem respondet nouiter: Rabbis distinguendo minorēm: stat enim duplū conceptus non conceptis particularibus rationibus: primo modo: non conceptis illis distincto, & expresso: secundō modo, non conceptis illis implicito, & in confuso. In primo sensu minor est vera: & in secundo falsa: nam implicat concipere ens non conceptis suis inferioribus, & modis.

Sed contra: quia ratio non procedit de cognitione distincta, vt opponitur confuse: certum est enim, quod intellectus viatoris concepit ens, & sua inferiora, confuse: sed procedit de cognitione certa, vt opponitur dubio: & hanc, affirmat esse aliam à cognitionibus dubiis: maxime quia solutio nobis fauet: animal enim, quamvis confuse simul cum inferioribus cognoscatur, est illis vniuocum; & ita de ente dici potest.

Secundo probatur conclusio: implicat aliqua plura in eodem conceptu conuenire, & differe:

sed